

CAP. X I V I . E V A N G E L I U M

& noluisti. Quid igitur superest, nisi ut ciuitas vestra penitus diruatur in aceruum. Cætera Matth. 23.

C A P V T D E C I M V M Q V A R T V M.

In uitatus Christus à quodam Phariseo ad prandiū, hydropticum sabbato sanat, quod probat licere. Vnde su- per in uitatus ad cœnam cohibet eorum ambitionem, & docet humilitatem, ac sub similitudine tur- ris ædificandæ, & belli parandi, docet humilitatis religionem.

ET factum est cum introisset Iesus in domum cuius-
dam principis Phariseorū sabbato manducare pa-
nem, & ipsi obseruabant eum. Et ecco homo quidā
hydropticus erat ante illum. Et respondens Iesus
dixit ad legisperitos & Phariseos, dicens: +Si licet sabbato
curare? At illi tacuerunt. Ipse verò apprehensum sanauit
eum, ac dimisit. Et respondens ad illos dixit: Cuius vestrum
asinus aut bos in puteum cadet, & non cōtinuò extrahet il-
lum die sabbati. Et non poterant ad hæc respondere illi.

Cùm Christus Phariseos sèpius texaret tanquam in-
uidos & ambitiones, hic Phariseus volens persuadere
Christo, quod nec illi inuidet, in uitauit eum die sab-
bati. Cæteri verò Pharisei obseruabant eū, si quid præ-
ter legem aut eorum ceremonias diceret aut ageret. Hy-
dropicus autem hic erat Christo confidens, non tamen
propter sabbatum & Phariseos sanitatem petens: quem
Dominus prospiciens, à Phariseis petit, an liceret sab-
batis curare? Ad cuius verbum tacuerunt: vnde appre-
hensum illum sanauit. Cætera patent capite superiore
de muliere inclinata.

Dicebat autem & ad in uitatos parabolam, intendens quo-
modo primos accubitus eligerent, dicens ad illos: Cùm in ui-
tatus fueris ad nuptias, + non discumbas in primo loco, ne
forè honoratior te sit in uitatus ab illo, & veniens is qui te
& illum vocauit, dicat tibi: Da huic locum: & tunc incipi.
cum rubore nouissimum locum tenere. Sed cùm voca-
tus fueris, vade, recumbe in nouissimo loco, vt cùm vene-
rit qui te in uitauit, dicat tibi: Amice, ascende superius: tunc
erit

+Matth.
12. b.
Marc. 3. a.
Sup. 6. b.
& 13. c,

+Pro. 25. 2

erit tibi gloria coram simul discubentibus. † Quia omnis qui se exaltat humiliabitur: & qui se humiliat exaltabitur. † Matth. 23.b.

Nota ex hac historia, qua princeps Phariseorum Christum conuiuio exceptit, non inhiberi conuiua, modò frugi sint & moderata. Quibus aut raro, aut nunquam Christus assuit, quin corporale aliquid beneficium aliqui præstaret, aut salubrem aliquam doctrinam impariatur, cuiusmodi & nunc, Phariseorum obseruans philaustiam, iubens non primos accubitus ambire, imò contraria, nouissimo loco sedere: quod fugientes honores honor consequitur: honorē verò cōfēctantes honor fugit.

Dicebat autem & ei qui se inuitauerat: Cūm facis prandium ant cœnam, noli vocare amicos tuos, neq; fratres tuos, neque cognatos, neque vicinos, neque diuites, ne forte te & ipsi reinventent, & fiat tibi retributio. † Sed cūm facis coniūnū, voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos, & beatus eris: quia non habent retribuere tibi. Retribuent enim tibi in resurrectione iustorum.

Aliud quoque salubre Phariseos docet, iubens ad conuiua cæcos, pauperes, & claudos, id est, omnes rependenti beneficij impotes potius inuitemus, quam amicos, & diuites, qui rependere possint. Sane hoc autem intelligendum est, non quod aleande amicitiae gratia affines, cognatos, etiam diuites ad conuiuum vocare non possumus, sed quod misericordia potius, quam rei alterius gratia instituta sunt conuiua. Neque magnum aliquid fecisse nos putemus, si retributionem sperantes, conuiuio diuites exceperimus.

Hæc cūm audisset quidam de simul discubentibus, dixit illi: † Beatus qui manducabit panem in regno Dei. At ipse dixit ei: Homo quidam fecit cœnam magnam, & vocauit multos. Et misit seruum suum hora cœnae, dicere inuitatis ut venirent, quia iam parata sunt omnia. Et cœperunt simul omnes excusare. Primus dixit ei: Villam emi, & necesse habeo exire & videre illā. Rogo te habe me excusatum. Et alter dixit: Iuga boum emi quinque, & eo probare illa. Rogo te habe me excusatum. Et aliud dixit: Vxorem duxi, &

Ff 4 idem

† Matth.

23.a.

Apo. 19.b

CAP. X I I I . E V A N G E L I U M

ideo non possum venire. Et reuersus seruos, nunciauit haec domino suo. Tunc iratus paterfamilias, dixit seruo suo: Exi citio in plateas, & vicos ciuitatis, & pauperes, ac debiles, & cæcos, & claudos introduc huc. Et ait seruos: Domine, factum est ut imperasti, & adhuc loqui est. Et ait dominus seruo: Exi in vias & sepes, & compelle intrare, ut impatiens. Schis pleatur domus mea. Dico autem vobis, quod nemo virorū matici. illorum qui vocati sunt, gaudiabit cœnam meam.

Cum dicit: Beatus qui manducabit panem in regno Dei. Si de carnaliter sapientibus erat hic Phariseus, tollicem censebant cum, cui in temporali regno Messiae genialiter cum eo epulari contigeret: si spiritualiter, sapiebat. Manducare panem in regno Dei, est in Ecclesia triumphante Dei visione perfaci. Quod hac parabolâ probat, ostendens hoc quidem regnum Iudeis primò paratum, & ad hoc venisse, ut eos hoc introduceret: sed dum eos tantis implicitos negociationibus terrenis & temporalibus, cogeretur seruos mittere ad gentes. Cætera patent Matth. 22.

t. 28. Iabant autem turbæ multæ cum eo, & conuersus dixit ad quæst. 1. illos: Si quis venit ad me, & non odit patrem suum, & cap. 1. matrem, & uxorem, & filios, & fratres, & sorores, adhuc Mat. 10. d. autem & animam suam, non potest meus esse discipulus. & 16. d. **† Mar. 8. d.** Et qui non bauriat crucem suam, & venit post me, non Sup. 9. c. potest meus esse discipulus.

Videns Iesus huius turbæ plurimos ipsum sequi patratos, parétum verò & amicorum amore remorari, paucis concludit quæ impediant Christi fieri discipulum, qui cæteris omnibus præponéndus est, imò propria voluntati. In quo vides, inquit Isidorus, quanti sit discipulum esse Christi, & Christianâ profiteri philosophiam, hoc est, esse verè Christianum: quo nomine nemo dignus hic esse ostenditur, qui huic philosophia quicquā quamvis magnum, quamvis clarum præposuerit, sed & suam voluntatem iubetur abnegare, si divinæ fuerit contraria voluntati. Latius patent Matth. 10. & 16. cap. Quis enim ex vobis volens turrim edificare, nonne prius sedens cōputat sumptus qui necessarii sunt, si habeat ad perficien-

ficiendum: ne postquam posuerit fundamentū, et non potuerit perficere, eos qui vident, incipiunt illudere ei dicentes: Quia hic homo incepit ædificare, et non potuit consummare.

Hæc parabola architecti & imperatoris docet nullum vitæ institutum, nihilq; plane temerè à nobis suscipiendum, quod non ante animo expenderimus, alioqui deridendos nos orbi propinamus. Itaq; qui Christum sequi incipit, expendere debet, num omnibus renunciare possit, qui alioqui non potest esse aptus Christi discipulus. Quod autem ait: Nónne prius sedens computas sumptus qui necessarij sunt, si valeant ad perficiendū? Græcè ὅμηρος καθίσας φύεται οὐδέ τινα πλεόνα, εἰ γὰρ τὸ πόσον ἀπαρτισμόν, id est, Nónne prius apud se (id enim mihi significare videtur καθίσας, id est, sedens) reputat & computat, qui futuri sint sumptus, num scilicet habeat, quibus ad iustam turris absolutionem opus sit, & sufficiat, ἀπαρτίσει enim significat ita rem absoluere, ut nihil desit. Vide Budæum in Commenta.

Aut quis rex iterus committere bellum aduersus alium regem, non sedens prius cogitat si posset cum decem millibus occurrere ei qui cum viginti millibus venit ad se? At quo in adhuc illo longe agere, legationem mittens, roget ea que pacis sunt. Si ergo omnis ex vobis, qui non renunciat omnibus que possidet, non potest meus esse discipulus.

Quod ergo in hac similitudine cōmittendi belli mitreda sit legatio ad ea quæ pacis sunt requirenda: quia si quis audiat aliquem sibi intentare bellū, contra quē se viribus imparem agnoscit, nunquam hosti congregitur, nisi sciat se optime ad bella instrūtum, & quot sibi necessarij, militibus munitione: ita est de bello spirituali aduersus Satanam: de quo Paulus. Ephe. 6. ¶ Non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus principatus & potestates, aduersus mudi rectores tenebrarum harū, contra spiritualia nequitia in cœlestibus.

Bonum est sal. Si quoque saleuanuerit, in quo condietur? neque in terram, neque in sterquilinium utile est, sed foras mittetur. Qui habet aures audiendi, audiat. †Mat. 5. b. Mar. 9. g.

Diversis modis sal apud Euangelistas accipitur. Apud Ff 5 Mat.

Matthæum 5.ca. vbi dixit Apostolis: Vos estis sal terræ, &c. vbi latius explicuimus. Marci verò 9.cap. pro fide, seu dilectione capitur, cùm dicitur: Habetis in vobis sal. Lucas verò pro verbo domini, & apto ad docendū sermonem, quasi diceret: Si Dei sermo prauis corrumpatur doctrinis, neque utilis erit prædictori, & multo minus auditori. Vide Matth. 5. & Mar. 9.

CAPUT DECIMVM QVINTVM.

Ex parabola centesimæ ouis inuenitæ, & drachmæ decimæ, & filij prodigi reuertentis, concludit Christus pœnitentia fructum contra Phariseos murmurantes, cur ipse frequentaret peccatores, & discum beret cum illis.

ERANT autem appropinquantes ei publicani & peccatores, ut audirent illum. ¶ Et murmurabant Pharisei & scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis.

Quia Christus regnum Dei promittebat pœnitentiis, appropinquabat ad eum publicani, exercentes publica munia Imperatoris, tributa, vectigalia, & huiusmodi principum redditus: & peccatores, qui minora exercebant officia, ut cambia, ysuras, & huius: quæ omnia scribæ & Pharisei abhorrebat, tanquam peccata publica, & ideo Christum abominabilem censebant, qui vt plurimum diuertebat ad illos, vt eos è peccatis suis retraheret, propter quos præcipue missus fuerat, vt ipse superius dixit: Non veni vocare iustos, sed peccatores ad pœnitentiam.

tMatth. 18.b. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: t Quis ex vobis homo, qui habet centum oues, & si perdidit unam ex illis, non dimittit nonaginta nouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cùm inueni erit eam, imponit in humeros suos, gaudens, & veniens domum, convocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni ouem meam quæ perierat. ¶ Dico vobis, quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore pœnitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigenit pœnitentia.

Quam